

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA LI. VET. TEST.

163

NOTA. Extat huius Thematis Tractatio germ. typis
excusa, anno. 1590. tradita in funere Johan. Moseri I. V.D.
Consil. Wirtembergici.

F I N I S.

THEMA LI.

Psalmus integer XXXIX.

Dixi, custodiam vias meas, &c.

D I S P O S I T I O.

Est fere hoc communissimum in mundo scandalum,
quo omnes boni offenduntur, cum vidente felicitatem
impiorum. Neque vero id hodie nouum est quod ex Psal-
mis Davidis, Hiobis cap. 20. & Ierem. 12. constat.

Huic etiam offendiculo David non unum, sed aliquor
Psalmos voluit opponere, ut si suis atque aliorum cogi-
tationibus peruerbis medicinam faciat: Tales sunt Psal.
37. 7. 3. 144. Et in his quoque praesens Psalmus 39. nume-
randus est in quo duo tractat David.

Primum consolations monstrat huic (de quo dixi-
mus) scandalio opponendas. Deinde orat sibi peccata
condonari, & penas vel tolli vel sic mitigari, ut possit fer-
re. In his vero passim inueniuntur loci egregii, de mora-
te, vita breitate, & instabilitate, atque peregrinatione
hominis, &c. quæ praesenti instituto nostro multis mo-
dis seruant. Nos duas istas partes Psalmi ordinae tracta-
bimus: Sed ex omnibus aliis eas tantum doctinas ex-
cerpemus, quæ huic loco & tempori videntur esse con-
uenientissimæ.

I. Pars.

Quo respiciat initium huius Psalmi, ex verbis illis
vers. 2. patet, vbi ait: dum impium cogor ante me videre.
Hoc vult, cum video ante oculos meos impios florere,
sic sepe commoueor, i. ut voces indignabundas effutire
mallem, quam orare. At dum colligo me rursus, saepius
iam proposui, quod sic velim franare meam linguam, ne

L 2 ultra

ultra obloquatur Deo ob hanc rem, ut sic à peccato illo
grauissimo abstineam porro.

Idem autem alias verbis repetit. Obmutesco. Et raccio
& deuoro sic illam indignationem. Ich darfss nicht her-
aus lassen/ was meia Fleisch und Blut g'en sagen wolle.

2. Nec tamen semper possum cohibere affectus, ne ex-
cidat mihi verbum. Quia feruet cor meum, &c. Es bren-
net mich im herzen/oas mir jederweilen ein vngedultig
Wort entfehet.

3. Quid faciam igitur? Dixi ergo in lingua mea, Do-
mine fac me scire finem meum, &c. Hoc est. Non possum
aliter me cohibere, quam si cogitem de fine vita, & breui-
tate atque miseria illius. Dum enim talia cogitamus, non
ultra inuidemus impiis: nec Deo succensemus, &c. Sie
werdens doch nicht lang treiben.

4. Quia vero caro semper repugnat spiritui, talia sug-
gerenti, ideo que oras David, vi 1. Dominus ipsum sapo-
moncat de vita fine, qui iam sit à Domino constitutus &
determinatus. 2. Et quidem quod proxime in ster finis o-
mnium hominum: cum sint dies instar palmæ. Imo nihil
coram Deo. 3. Vtque eruditatur, quam vana sint omnia
hominum consilia, dum solliciti sunt de opibus mox re-
linquendis, & incertis interdum hæreditibus. Sicque re-
stius umbra & imago hominis dicetur oberrare, quam ve-
rus homo.

5. Concludit itaque Psaltes, Quia illorum spes vana
est qui de terrenis adeo sunt solliciti: deoque ego in te cō-
fido. Tu autem libera me à peccatis, ne coram impiis con-
fundar. Tu mihi sis Deus propitius. Hoc si feceris, raccio
& patienter omnia feram, si maxime impii sicut felicissimi.
Ego vero omnium misericordias sim. Tu facies. Du wirkt
wol wissen das Blätslein eis'mahl vmb zuwenden. Ego ul-
tra non ero sollicitus de his, nec obloquar, sed omnia com-
mendabo tibi.

Loc 1 plurimi possunt ex hac 1. parte tractari.

I. Ne offendamur felicitate impiorum, Psalm. 37. sed
con-

consideremus finem illorum Psal. 73. v. 17 quod saginatur ad maestandum. Hiet. 12. v. 3. & mox sunt peritui cum suis Hiob. 20. v. 17. Hic autem locus, ad praesens institutum non facit.

II. Utile est perpetua meditatio finis vitaे nostræ, Syr. 7. v. 40. Ideo non sittam amata illa recordatio, ut est multis, Syrac. 40. Potius rogandus Dominus, Voce nos, Psal. 90. v. 12. & hoc loco.

NOTA Quia hic versus sexus, huius praesentis Psal. 39. peculiari Dispositione qualitercumq; illustratus est, supra Classe VI. Numero. I. Pag. 39. & cum illo conuenit versus 12. Psal. 90. Ibidem. Lectorem breuitatis causa ad classem si xtam, quæ est in Prima parte Promptuarii huius, remittit.

III. Quia vana, breuis, inconstans, & plane nulla sit vita hominis, vide etiam supra in Appendice Classis VI. vbi haec quoque verba versus VII tractantur.

IV. Qui tam vana est vita hominis, ut imago potius hominis, quam homo conspicitur: non tantoper inhibendum rebus terrenis, 1 Tim. 6. v. 6 præsertim cum haereses incerti sunt, Eccles. 2. v. 18. & hoc loco. Vana igitur cura. Superna quaerenda, Col. 1. Deinde cauenda peribria, Syrach. 10. versu 9. Vide etiam Eccles. II. v. 8 & Syrach. 41. v. 1. in Latin. Was soll man prangen mit der Schone?

II. Pars.

Nunc precatur David, ut Dominus tollat ab ipso calamitates illas quibus vindique obtruantur.

I. Tollit plagam. Consumptus enim fere sum. Et enim experientia constat, quid fiat de homine, quem tu suscips flagellandum. Mox consumitur omnis illius vigor & color, sicut vestis à tunc consumitur.

Nihil enim sunt omnes homines. Quomodo igitur possunt resistere Deo flagellant? aut quomodo perpetuo istas plagi poterunt ferre? Tuitaque cessa affligeret,

L 3 aut

aut sic tamen mitiga has calamitates, ut possim tolerate.
Et cum tribulatione da euentum, 1. Cor. 10. v. 14.

2. Audi orationem. Ne racea ad tot lachrymas meas.
Mach mir mein Leben nicht so sawer. Quia sum hospes
in terra. Iam modo adueni, vix natus abibo rursus. Sum
quidem cinis apud te: quia in celo mihi paratum domi-
ciliu. In terris autem sum hospes. Mox enim relinquam
mundum. Ideoque addit, Parce mihi, antequam disce-
dam. Da ut prius eriam paulisper possim respirare, quam
hinc discedam. Es wird bald Feierabend seyn.

Loc 1 insignes hinc peti possunt, quos tantum at-
tingemus breuiter: quia his facile erit addere plura passim
obvia.

I. Non superbiendum in forma & vultu eleganti.
Nam facile illa consumitur pulchritudo, vel à leui febri-
cula, vbi Deus cœperit flagellare. Forma bonum fragile,
Cogita de rinea illa consumente hic & lob. 13. vericulo
ultimo.

NOTA. Hic locus Iobis supra explicatus est, pecu-
liari Dispositione. in 1. parte Promptnarii: In appendice
Classis VI. Vide pag. 494. Hoc agendum ut cor in suis fit
exornatum, fide, spe, patientia.

II. Hic sumus aduenæ & hospites. Sicut Patriarchæ.
Heb. 11. (Imo etiam qui regnum possidet, Psal. 119. v. 19.)
Et peregrinantes, Gen. 47. v. 9. 2. Corinth. 5. v. 6. Hebr. 11.
v. 12. & 14.

Ciues autem sumus Dei, id est in celo. Illic. πολιτευμα
Phil. 3. v. 20.

1. Ergo non decet esse ciues mundi aut Diaboli, Ioan.
13. v. 19.

2. Non terrena tantum sapiamus, sed cœlestia, Col.
1. v. 2. Phil. 3. v. 1. 4. Sit nobis mundus crucifixus, Gal. 6. v.
14. 1. Ioan. 2. v. 15.

3. Et inquiramus futuram, Hebr. 12. v. 14. Sollen gern
sterben. Desideremus, 2. Cor. 5. v. 1. Cupio, Phil. 1. v. 25.

F I N I S.

THE-